



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Fides.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

3 Feudales consuetudines ligant etiam Ecclesiasticos, & Ecclesiam.

4 Non solet succedere in feudo foemina, nec ascendentes, nec monasterium.

\*Vide Syl. Feudum nu. 10. si feudum ad nullū seruitium datum sit, si sit foemineum, foemina succedit. Syl. 16. n. 7.

5 Vassallus vassalli tui non est tuus vassallus.

\*Syl. l. c. num. 16.

Monachus non succedit in feudum. *Tafon in l. De quibus. ff. de legibus. nu. 38.*

*Fictio, vide Mendacium.*

*Fides, vide Discere, Docere.*

1. **N**ecessè est esse explicitè credere fidei mysteria, quæ publicè in Ecclesia celebrantur, sentiunt multi cum D. Thom. alij excusari multos ignorantia ab explicita cognitione Trinitatis, & Incarnationis, præsertim cum deest qui doceat, quam opinionem, etsi adhuc solebam improbare, nunc non ausim. Quid enim? dicemusne perire infinitam Christianorum alioqui bonorum multitudinem, qui de mysterio etiam Trinitatis, & Incarnationis, vix quidquam rectè norunt, imò peruersè sentiunt, si interroges? Potius crediderim condemnari istorum Pastores, ob negligentiam docendi.

\*Explicitè; *Tol. l. 4. c. 2. num. 10. vt mysteria*

L 5,

lar

Incarnationis, Passionis, &c. *D. Tho. 2. 2. q. 2. art. 7. Fu. V. credere. Syl. V. Fides, nu. 6. Nau. c. 11. nu. 21.*

Non ausim  $\zeta$ ita ferè *Medina lib. 1. c. 14. §. 3. pag. 64. Rosel. apud Syl. l. c.* satis esse ait credere Deum bonis præmia, malis pœnas daturum; & credere quidquid Ecclesia credit: Hanc singularem sententiam improbat *Syl. ibid. Azorinus l. 8. c. 6. q. 1. Bannes. 2. 2. q. 2. art. 8. col. 4. 21. erroneam vocat, Val. t. 3. col. 318. d. q. 1. p. 4.* cum communi reijcit, putans, omnes rudiores, etiam debere explicitè credere eos omnes articulos Humanitatis Christi, quos publico ritu Ecclesia celebrat. Imò *D. Thom. Alex. Scot. Gab. Marf. Adria.* docent, omnes articulos ab omnibus explicitè credendos: & *Bannes l. c.* diuino, & Ecclesiastico præcepto teneri omnes, ait, ad credendos explicitè fidei articulos, tria sacramenta: Baptismi, Eucharistiæ, Pœnitentiæ, cum suscipienda sunt, decem Dei præcepta, & quod Deus orandus est.

2. Negligentia docendi filios Symbolum fidei, & Dei præcepta, & Pater noster, mortale ait *Nau. itemq;* ea discendi negligentia Quod ut non improbo, ita illam probo sententiam, sufficere ex istis scire substantiam, etiãsi verba præcisè non intelligantur.

\*Vide *Sot. l. 10. q. 1. art. 3.* docentem fidelem debere scire. Quid credendum, agendum, petendum. *Nau. c. 11. nu. 22. & cons. 10. de pœ. & remiss.*

miss. docentem debere vnumquemq; sub m.  
p. scire symbolum Dei, & Ecclesiæ præcepta,  
& necessaria ad statum. vide etiam *Tol. l. 3. c.*  
*17. num. 9.*

Substantiam } *Lopez P. 1. c. 41. Val. l. c. P. 4. in*  
*fine, Azor. l. c. q. 5. ex Gab. 3.*

3 Prohibitum laico, sub Excommunicatio-  
nis ferenda pœna, disputare de fide. *c. 1. lib. 6.*  
*de heret. quam prohibitionem si sciens contra*  
*faciat, peccabit mortaliter.*

\**Syl. Disputatio. nu. 2.*

4 Fidem tenetur quis etiam cum periculo  
vitæ, coram infideli Tyranno confiteri, cum  
id postulat Dei honor, aut proximi salus, aut  
alioqui scandalum sequitur.

\**Vide Tol. l. c. n. 2. Syl. Fides n. 8. Bannes l. c. q.*  
*3. ar. 1. Caie. 16. cum D. Th. Quomodo externa fi-*  
*des ad salutem necessaria sit. Val. l. c. q. 3. P. 2.*

5 Habitum fidelis exuere, & induere infide-  
lis, modo non sit sectę protestatius, & absit  
scandalum, interdum ex causa licet; nec enim  
qui se ita induit, infidelitatem profitetur, cum  
ex alijs multis causis soleat fieri.

\**De hac re fusè Bannes l. c. & Val. col. 339.*

Vti mutata veste sectæ infidelium auctori  
honorem exhibeate. m. p. putat *Bannes l. c.*  
cõmunis sententiã est, p. m. esse inter infideles  
vii vestibus quibus soli vtuntur infideles, (nõ  
autem communibus) sed id durum sibi visum  
semper scribit *Tol. l. 4. c. 2. n. 7. & Azor. l. 8. c. 27*

94.

L 99 fidei

6 Fidei professionem publicè facere debent assumpti ad dignitatē in Cathedrali, vel Canoniceatum: vel ad curam animarum, etiam Religiosorum, & Magistri. *Conc. Trid. sess. 23. c. 12. de refor. & Pius IV.*

\* Quod ni faciant intra duos menses, à die captæ possessionis, non faciunt fructus suos, nec illis suffragatur possessio. *Trid. sess. 24. c. de reform. Elapsis quoque duobus mensibus, adhuc tenentur eam facere. Nau. consi. 4. de sum. Trinit.*

*Fideiussio, vide Mutuum.*

1. **P**Otest pro fideiussione aliquid pretij accipi, etiam si nullum timeatur periculum; est enim ex se pretio animabilis.

\* *De fideiussore P. N. l. 3. c. 4. à nu. 146. Garzias c. 38. Lopez. l. 2. de cont. c. 16. 17.*

De usura, quæ contingere potest in fideiussione *Mol. d. 319.*

\* *Sor. l. 6. q. 1. art. 2. col. 10. P. N. l. c. cap. 2. nu. 114. eadē est ratio de affecuratore. ibid. Syl. Fideiussor nu. 14. Couar. l. 5. var. resol. c. 2. nu. 6. In arbitrando pretio consideranda debiti quantitas, periculumq; *Mol. l. c.**

2. Pro fideiussione Prelati non tenēt successor, sicut neq; tenetur in alijs contractib. quos prædecessor fecit nomine proprio; secus si contractit nomine Ecclesiæ, & eius, non suam rē agens. *Couar. lib. 2. var. resol. c. 15. num. 6. Mol. de contract. diss. 492.*

3. Tene-